



**Adami Tanneri E Societate Iesv, S. Theologiæ D. Et In  
Academia Ingolstad. Professoris, Theologiæ Scholasticæ  
Tomus ...**

Cum triplici Indice

De Fide, Spe, Charitate, Ivstitia, Religione, caeterisq[ue] virtutibus [et]  
vitijs: ac varijs hominum statibus. Secvndæ Secvndæ S. Thomæ  
Aqvinatis Respondens

**Tanner, Adam**  
**Ingolstadii, 1627**

Index Qvæstionvm Et Dvbitationvm Diaspvtationis I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72877)

INDEX.  
INDEX  
QUESTIONVM ET DVBITATIONVM  
DISPVATIONIS I.  
DE FIDE.

Quæstio I. De notione & obiecto fidei.

- Dubium I. *Quanam sit notio nominis fidei, quæue eius in hoc loco significatio.*
- II. *Quodnam sit obiectum materiale fidei, seu complexum seu incomplexum; idque tum totale communis tum etiam attributionis, atque etiam formale quod.*
- III. *Quodnam sit obiectum formale Quo fidei, an reuelatio diuina & qualis; & an præter hanc requiratur distincta ratio formalis sub quâ.*
- IV. *An, & quomodo ipsa etiam diuina reuelatio per fidem diuinam credenda sit.*
- V. *Virum obiectum fidei possit esse falsum; seu an falsi quidpiam possit diuina fidei credi.*
- VI. *Virum obiectum fidei possit esse euidens, seu visum, seu scitum.*
- VII. *An & quisnam inter fidei veritates sit ordo; & an ea per certos articulos recte distinguantur: & verû articuli seu notitia fidei successu temporis creuerint; ita quidem vt Ecclesia novos aliquos fidei articulos credat, quos Apostoli & Ecclesia vetus non crediderunt.*
- VIII. *Quid & quotuplex sit fidei Symbolum; & quanam sit in specie articulorum fidei in Symbolo ratio & enumeratio.*

Quæstio II. De priuata propositione, adeoque de motiuis fidei ad credibilitatem eiusdem spectantibus.

- Dubium I. *Quid & quotuplex sit fidei propositio; & quomodo tum à reuelatione distinguatur, tum ad fidem concipiendam vniuersim necessaria sit.*
- II. *Qualis propositio seu credibilitas obiecti fidei generatim requiratur ad hoc, vt fides concipi possit, & debeat.*
- III. *Quibus modis fides proponenda sit; speciatim à quo, & per quæ motiua generatim fides proponi debeat.*
- IV. *An & quibus motiuis Catholica fides euidenter sit credibilis.*
- V. *An propositio ad fidem requisita adeo infallibilis esse debeat, vt in obiectum falsum cadere nullo modo possit.*

Quæstio III. De publica propositione, deque iudice controuersiarum fidei, speciatim vero de Ecclesia.

- Dubium I. *An præter priuatam propositionem aliqua publica, viua, visibilis & infallibilis auctoritas in Ecclesia sit necessaria; quæ & fidei Symbolum ordinet, & S. Scripturam explicet, ac cetera credenda proponat, & controuersias definiat ac decidat.*
- II. *Quid sit Ecclesia, & quinam sint in Ecclesia.*

III. *Quanam generatim sint proprietates & notæ veræ Ecclesiæ.*

- IV. *Quanam sit vera Ecclesia; an item & quâ ratione ex notis Ecclesiæ probetur, solam Catholicam & Romanam esse veram Christi Ecclesiam.*

Quæstio IV. De Summo Pontifice, & Concilijs.

Dubium I. *An publica illa auctoritas fidei magistra & iudex controuersiarum fidei, resideat siue in toto cœtu fidelium; siue penes Magistratum sacularem; an potius penes Ecclesiæ Præsules & Episcopos.*

- II. *An omnes Episcopi inter se quoad potestatem regendi Ecclesiam sint pares, an potius tum inter ipsos Apostolos; unus ceteris potestate & auctoritate præstiterit Petrus; tum pari ratione etiam tum in Ecclesia unus aliquis sit Petri Successor, ceteris omnibus Episcopis superior.*
- III. *An Successor ille Petri, & omnium Episcoporum, adeoque totius Ecclesiæ caput; & iudex controuersiarum fidei sit Pontifex Romanus.*
- IV. *An Romanus Pontifex iure diuino sit caput Ecclesiæ, & an sit de fide huic numero Pontificem esse verè Pontificem, & totius Ecclesiæ caput, & an is aliquando ea potestate possit excidere.*
- V. *An Pontifex aliquando ab ea potestate exciderit & degenerarit in Antichristum.*
- VI. *An & quâ ratione Pontifici definitio sit infallibilis; etiam cum extra concilium generale aliquid circa fidem definit; & unde constet, eum publica auctoritate aliquid definire.*
- VII. *Virum Summi Pontificis auctoritas sit etiam infallibilis in decretis morum, ac speciatim in approbatione Religionum & Canonizatione Sanctorum.*
- VIII. *Quanam sit auctoritas Conciliorum; & vtrum Concilium generale sit supra Pontificem.*

Quæstio V. De norma fidei; speciatim de scriptura Sacra & traditionibus; deque resolutione fidei.

- Dubium I. *An sit aliqua scriptura sacra, seu quod idem est, aliquod verbum Dei scriptum; & unde dignoscatur, quibusque libris contineatur.*
- II. *Quanam editio scripturæ habenda sit pro legitima & authentica.*
- III. *An præter scripturam seu verbum Dei scriptum admittenda sint traditiones.*
- IV. *An traditiones seu verbum Dei non scriptum sint eiusdem auctoritatis cum verbo Dei scripto; & quâ ratione legitime traditiones dignoscantur ab illegitimis.*
- V. *Quanam sit totius fidei resolutio.*

**Quaestio VI. De ipso habitu fidei secundum se eiusque subiecto remoto.**

- Dubium I.** *Quid sit fidei habitus, & in qua potentia, & an qualemue habitum voluntatis adiunctum habeat.*
- II.** *Virum fides sit practica, itemque una, perfecta, infusa, & Theologica virtus, eaque tam a charitate separabilis, quam per eam veluti formam perfectibilis.*
- III.** *An & qua ratione fides certitudine cum scientiis naturalibus tum aliis virtutibus & habitibus intellectuales superet.*
- IV.** *De subiecto remoto fidei; speciatim an in primo statu innocentiae tum Angeli, tum homines fidem habuerint; itemque an sive in Beatis, sive in damnatis, aut haereticis nunc sit fides.*
- V.** *An & qua certitudine quisque in seipso fidei praesentiam agnoscere possit: & quanam sint eius effectus: deque intellectum & scientiam fidei affinis donis.*

**Quaestio VII. De actibus fidei tum internis, tum externis: deque gratijs gratis datis fidem concernentibus.**

- Dubium I.** *Quid & quotuplex sit actus fidei; quid credere & quotuplex, & quomodo distinguatur credere Deo, credere Deum & credere in Deum.*
- II.** *Qua, & quotuplex sit necessitas actus fidei: speciatim an & quid necessitate medijs necessario credendum sit omnibus.*
- III.** *An & quid necessitate praecipi credendum sit omnibus; & quando praeciptum fidei obliget.*
- IV.** *An & qua ratione actus fidei sit meritorius, ac necessario bonus.*
- V.** *An & qua ratione externa confessio fidei necessaria sit ad salutem, quae in ea re observanda sint regula.*

**VI.** *Qua ratione gratia gratis data se habeant ad fidem; quot item & quanam sint; & qua singularum sit ratio, an etiam sint habitus.*

**Quaestio IIX. De infidelitate, alijsque vitijs fidei oppositis.**

- Dubium I.** *Quae & quot sint vitia fidei opposita; speciatim de infidelitate, an semper sit peccatum, non obstante ignorantia.*
- II.** *In quonam obiecto sit peccatum infidelitatis; & quantum sit peccatum.*
- III.** *Quot sint species infidelitatis; & qualis inter eas quoad gravitatem sit comparatio.*
- IV.** *An omnes actiones infidelium sint peccata.*
- V.** *Quid sit haeresis & apostasia; & quomodo inter se differant.*
- VI.** *Quanam apostatarum & haereticorum sint poenae.*
- VII.** *De peccato blasphemiae; speciatim etiam in spiritum sanctum; quid, quale, quantum, & quotuplex hoc sit peccatum.*

**Quaestio IX. De modo publicè ac priuatim agendi cum infidelibus, speciatim de permissione libertatis credendi.**

- Dubium I.** *An & qua ratione infideles communi iure compellendi sint ad fidem.*
- II.** *Virum nihilominus infidelium ritus & errores aliquando sint tolerandi; ipsisque infidelibus supra fideles dominium permittendum.*
- III.** *An & qua ratione cum infidelibus de toleranda infidelitate, seu religionis libertate pacisci, eisque impunitatem & securitatem permittere liceat.*
- IV.** *An & quousque haec pacta & promissa obligent, necessarioque servanda sint.*
- V.** *An & qua ratione cum infidelibus etiam in privato consuetu, tum cooperando ad aliquod opus infidelitatis, tum etiam disputando communicari possit.*

